

**S. P.**

Si ullo modo Tibi, Vir Celeberrime, inservire possim in mea patria, certissimus esse posses, me nihil potius desiderare. Vidi post adventum meum ad aegrotantem parentem, nunc mortuum, et cujus successorem factus sum, quantum amicitiam Illi semper ostendisti, desiderarem mihi partem illius, si mihi hanc digneris! In Botanicis et Zoologicis a primis annis educatus et delectatus fui, ut credo me jure putare, non omnino Tyronem esse. Si aliquando mihi epistola honorare velis, quod summopere desidero! hoc meum adresse » a la Societé litteraire d'Upsal pour Mons. de Linné. « Inclusam trado epistolam ad Illustr. Dnm. Mygind, titulum ignoro, huic me commendatum esse desiderarem. Hoc quam citissime scriptum in lugentissima domo, quod doleo factum summo Botanico.

Vale et fave Tuo addictissimo

*à Linné,*  
Parentis successor.

---